Lib. IX. Digeſt. Tit. I.
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

§.1. *Animal nocere* poteſt
vel *ſecundum naturam* ſ. indolem,
I. *depaſcendo fruges* alienas,
1. *in proprio fundo actoris*,
vel *ultro* hinc *actio de paſtu*,] quanti ſeges eo
vel *injuria* alterius, hinc *actio L. Aquila.*] tempore fuit,
vel *dolo* alterius, hinc *actio ad exhibendum*, ſæpè etiam *Criminalis*.
2. *in Rei fundum* decidentes, hinc actio *ſubſidiaria*, ſ. in factum.
3. *reconditas*, v.g. ſi columbæ, hinc actio *utilis de paſtu.*
NB. *In Germania, contra jus civile, Pignoratio pecudis permiſſa eſt.*

§.2. II. *Feritatem aliam exercendo*, ut feræ occupatæ ſi noceant
vel *ultrò*, ſi cicuratæ ſint, hinc actio *utilis de pauperie*,
vel *culpa* domini,
1. in genere, hinc actio *L. Aquilia.*
2. in ſpecie,
1. ſi ibi habeantur ubi iter fit, hinc *Actio ſpecialis.*
2. ſi circumforaneorum feræ nocuerint, hinc *Actio Criminalis*
cum *Civili* & *ædilitiâ* ſæpe concurrens.

§.3. vel *contra naturam* ſ. indolem
1. *Culpâ* cujuscunq; *alius* etiam leviſſimâ, hinc *Actio L. Aquilia.*
ejus *ipſius* qui læſus eſt: hinc nulla actio.
2. *Ultrò*, hinc *Actio de Pauperie*, cujus notetur 1. *Cauſa.* 2. *Subjecta.* 3. *Effectus.*